

¶ (5.)

Disquiratur, utrum Tyrseni sive Tyrrheni, quo nomine Graeci quosdam maris Aegaei accolae et potentissimum olim in Italia populum pariter designabant, a Tuscis scriptorum Latinorum stirpe ac lingua diversi fuerint, nec ne.

F (6.)

Inquiratur, e quibusnam auctoribus Paullus Orosius historias suas hauserit.

† (7.)

Quaerantur incunabula gentis Gothicae. Disceptetur, utrum Visigothorum, Ostrogothorum, Moesogothorum maiores cum Vandalis et Gepidis e Scandinavia olim egressi provincias Romanas invaserint, an potius Gothorum pars e terris citra mare Balticum sitis in Sueciam migraverit.